



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Quæ per erortem ut necessaria quis fatetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

ullo periculo quid coniciendi adversus poenitentem; narrate: id tamen propter periculum quod fortasse latet, rudiusque scandalum, reprehenderem cautius: Atque hoc quidem scandalum communiter adesse, quando dicitur, *Hoc audi in Confessione*, docet Fagund. 2. *Eccl. precep. lib. 6. c. 5. num. 11. sine.* Verum est temperatius, quia in nostra ætate tam culta, pauci admodum sunt quos vera de hac re solidaque doctrina prætereat.

4. Quid si detegatur locus vel familia, ut si Confessarius sic enunciet, *Ecce in loco solet hoc peccatum committi*

Dico, si id evulgetur de loco magno, non esse contr. Sigillum, esse, si parvo. Sic Delugo l. c. sect. 3. num. 63. Alique, quidquid dicant alij apud Dianam p. 2. Tr. Miss. 1. alias 15. ref. 13. Ratio est, quia nulla sit injuria, si de numerosa civitate affirmetur ibi perpetrari peccata, sit, si de raro populo, vel familia, quæ certe ex illo dicto infamia notaretur. Immo iniuste item notaretur, tamen si id dicendi concessisset licentiam poenitens; quia ipse utpote natus, cedere nequit juri totius familie. Merito ergo Torrianus de poen. q. 11. art. 1. d. 33. d. 1. apud Dianam p. 2. Tr. 11. ref. 15. reprehendit Superiorem localem, qui Provinciali forte dicat *In hac domo seu Collegio sæpe postulat licentia absolventi a reservatis*, quia nimirum id redundat in ignominiam, & non raro in damnum domus: Vide infra cap. 4. n. 2. ubi fatebimur non fieri improbabile, id non esse contra Sigillum, si dictæ licentiæ postulatæ extra Confessionem fuerint.

Peccata publica.

5. **C**ertum sit Secundo, peccata poenitentis etiam publica tacenda esse. Sic Sotus in 5. dist. 18. q. 4. art. 5. Immo si seivisti aliunde, quamvis non pecces, quantum est ex vi Sigilli; si ea alijs palam facias; tamen id tibi caute præstandum est, ne ostiatur scandalum, neve limites notitiæ extra Confessionem habitæ transcendatur. Duobus item qui poenitentem de iisdem peccatis se accusantem audiverunt, non licet de illis in vicem colloqui; quia uterque Sigillo obstrictus æqualiter est. Delugo dicta dist. 13. sect. 5. n. 28.

Complices, obiecta peccati, &c.

6. **C**ertum est tertio, omnes circumstantias peccatorum, & omnes complices cadere sub Sigillum. Idem de obiectis peccatorum. Ita Doctores citati, & passim. Dicit v. g. poenitens se oblocutum esse contra Bertæ adulterium, obferenda est Sigillo tum oblocutio, tum adulterium, quod est oblocutionis obiectum seu materia. Nisi id ita esset, evaderet satis odiosa Confessio. Vide paulo post num. 14.

7. Quid si poenitens expressam concedat veniam Confessori complicem revelandi, (idem erit de obiecto) si illum revelat Confessor, frangente Sigillum? Frangere docet Vasquez de poen. q. 9. art. 4. dub. 5. in 5. quia sacrum Sigillum orget in favorem complices, nec solius poenitentis; ut sic universa casu, quæ agitur in Confessionis Tribunali, sit strictissimo silentio obvolvenda. Non frangere docet Suarez de poen. d. 4. sect. 3. n. 7. (esto peccetur, si quid prodatur unde complices honor deturpatur) quia Sigillum obligat in favorem dumtaxat poenitentis; si ergo cedit juri suo, non est cur complices factum Sigillo gaudeat. Vtraque sententia probabilis: illa Vasquez probabilior, quia magis Sigillo favens.

8. Vnum hic adverte, posse quidem Confessarium, habita facultate à poenitente, complicem monere, reprehendere, &c. nisi quando illa notitia esset injusta & contra Religionem; sed duos scrupulos esse vitandos ex Suar. l. c. sect. 4. num. 4. & 5. quidquid dicat Tanner. de poen. d. 6. q. 9. dub. 6. n. 146. alterum, ne Confessarius facile ad hoc se ingerat, de qua re diximus supra in Method. Confess. lib. 3. c. 9. §. 4. alterum, ne nimio zelo ductus eam licentiam facile à iunioribus exposcat: in his enim non raro extoræ concessionis periculum latet.

Peccatum committendum.

9. **C**ertum sit quind ex Fag. Coninch. Caput Dianam p. 6. Tr. 11. ref. 25. peccatum committendum, v. g. conceptam voluntatem interminicium, si fateatur Confessario à poenitente, idem animo peccatum eluendi, sed illud v. g. &c. ex dictis cap. 1. num. 4. non occludi Sigillo, aperiat animo utrumque confitendi, sive inclinat quæ ipse concipiendi dolorem, sive alio modo committi, esse Sigillo reprimendum. Ratio est, quia re casu nulla adest confessio Sacramentalis, cumque in posteriore.

Quæ per errorem ut necessaria quis faciat.

10. **C**ertum sit Sexto, ea quæ peccata non sunt, ut talia Confessori afferuntur: & tamen quæ necessaria vel utilia siue sunt, siue non sunt. Malder. Tr. de Sigillo cap. 15. ab errante poenitente, ad explicandum suum peccatum, iudicantem Sigilli materiam: quia jam ex vi confessionis Sacramentalis audiuntur.

11. Dices, ergo si poenitens ad suum crimem mendum, dicat se esse Sacerdotio initiatum, Religiosum, conjugatum, Militem, &c. Confessor geret hæc divulgare, quod certe nimis est scrupulosum.

12. Respondco, hæc in re discretionem opus esse. enim dicuntur ut necessaria vel utilia ad explicationem peccati, duplicis generis esse possunt. Nonnulla sunt modi, ut ægè ferat poenitens si illa sciantur, nam v. g. si noscantur, nihil laboret poenitentia, si divulgati possunt, hæc non item, ex Delugo de poen. sect. 3. num. 57. quia ex horum, non vero illorum ratione sit odiosa confessio. Quare si scire esse v. g. conjugatum, nihil obicit poenitenti, prout liber, id est, at si obicit, ut quia v. g. ejus Dominus carissimum non uxorum expetit, edicere tibi nequaquam licet.

Defectus naturales.

13. **H**inc solvitur ea celebris difficultas, An Confessor sit patentes facere defectus poenitentis, ex sola Confessione cognitos, v. g. spurium, ignobilem, ex genere Judæorum, &c.

Dico enim si ita à poenitente referantur, ut junctis colligatur eos esse communiter notos, potest fieri: secus, non posse. Ita idem ibid. Ratio est, quando sunt noti, præsumimus à poenitente non esse confessos, nisi ut cognitis atque adeo parum abscutari, si manifesto sciatur, si ipse expresse non baret. At quando noti non sunt, id non præsumimus sic decernamus: magnum damnum à confessore committitur: cum quis non raro mallet seire se esse adulterum, quam quosdam cum Vasq. dub. 2. n. 2. adulterum. Scio quosdam cum Vasq. dub. 2. n. 2. adulterum. Scio quosdam cum Vasq. dub. 2. n. 2. adulterum. Scio quosdam cum Vasq. dub. 2. n. 2. adulterum.

14. Rursus, ex his collige limitationem circa num. 6. de obiectis peccatorum. Si enim Joannes exprobrat se gavissimum esse de occisione facta ex rixa à Bertæ adulterio Bertæ: puto integrum esse Confessario non facere homicidium, rixamque Petri: non vero adulterium Bertæ. Ratio ducenda est ex dictis, quia illud homicidium poenitens supponit esse omnibus notum, tamen per accidens latebat Confessarium, adeoque videtur Sigillo committere: non sic adulterium, quod occultum per se est.

Dicere. Eum non absolvi.

15. **C**ertum sit septimo, esse contra Sigillum, quod neget Caëtanus verb. Confessio. *Confessarius, dicens. Hic mihi confessus est, sed à me non absolvetur.*